

INDEX DECRETORUM ANNI MMXXIII

9 ianuarii, Prot. N. 673/22, OPOLIENSIS: concedimus ut in Calendarium proprium eiusdem diœcesis inseri valeat celebratio beatarum M. Paschalis Jahn, M. Edelburgis Kubitzki, M. Sabinæ Thienel, M. Melusiæ Rybka, M. Adelaidis Töpfer, M. Felicitatis Ellmerer, et sociarum, virginum et martyrum, die 11 maii gradu *memoria ad libitum* quotannis peragenda.

10 ianuarii, Prot. N. 425/21, AUSTRALIÆ: textum translationis *anglicæ* additionum in Libris liturgicis Ritus Romani de *memoria* beatæ Mariæ Virginis Ecclesiæ Matris perlibenter confirmamus.

10 ianuarii, Prot. N. 427/21, AUSTRALIÆ: textum translationis *anglicæ* variationum et additionum in Missali Romano et Liturgia Horarum de *memoriis ad libitum* sanctorum Ioannis XXIII, papæ, et Ioannis Pauli II, papæ, perlibenter confirmamus.

11 ianuarii, Prot. N. 414/22, SANCTI CAROLI IN BRASILIA: ecclesia parœcialis in oppido v.d. *Araraquara*, Deo in honorem sancti Benedicti dicata, titulo ac dignitate BASILICÆ MINORIS omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornatur.

11 ianuarii, Prot. N. 588/22, UCRAINÆ LATINORUM: textum translationis *ucrainæ* partis Ritualis Romani cui titulus est *De exorcismis et supplicationibus quibusdam*, perlibenter confirmamus.

11 ianuarii, Prot. N. 6/23, CAROLOPOLITANÆ: concedimus ut ecclesia parœcialis noviter ædificata in loco v.d. *Carolina Forest* dedicari valeat in honorem beati Petri Georgii Frassati.

12 ianuarii, Prot. N. 144/21, AUSTRALIÆ: textum translationis *anglicæ* præfationis de festo sanctæ Mariæ Magdalenæ perlibenter confirmamus.

16 ianuarii, Prot. N. 45/22, AUSTRALIÆ: textum lingua *anglica* exaratum præfationis pro sollemnitate sanctæ Mariæ a Cruce, virginis, perlibenter probamus.

17 ianuarii, Prot. N. 639/22, PASSAVIENSIS: Calendarium proprium eiusdem diœcesis perlibenter probamus.

18 ianuarii, Prot. N. 537/22, SOCIETATIS DIVINARUM VOCATIONUM: textum translationis *anglica, gallica, hispanica* et *lusitana* Proprii Missarum in honorem sancti Iustini Mariæ Russolillo, presbyteri et fundatoris, perlibenter confirmamus.

19 ianuarii, Prot. N. 20/23, INDIÆ: textum translationis *anglicæ* Missalis Romaniperlibenter probamus et confirmamus.

20 ianuarii, Prot. N. 172/22, INSTITUTI SORORUM v.d. «SUORE FRANCESCANE ELISABETTINE “BIGIE”: textum orationis collectæ lingua *latina* exaratum, necnon textum *italicum* Missæ et Proprii Liturgiæ Horarum in honorem sancti Ludovici de Casaura, presbyteri et fundatoris, perlibenter probamus seu confirmamus. Concedimus insuper ut celebratio eiusdem sancti in Calendarium proprium prædicti Instituti inseri valeat, die 17 mensis iunii gradu *sollemnitatis* quotannis peragenda.

20 ianuarii, Prot. N. 353/22, CONGREGATIONIS SANCTISSIMI REDEMPTORIS: textum *latinum, hispanicum* et *italicum* orationis collectæ, necnon *hispanicum* et *italicum* lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem beatorum Vincentii Nicasii Renuncio Toribio, presbyteri, et sociorum, martyrum, perlibenter probamus.

20 ianuarii, Prot. N. 26/23, IUDICIFORENSIS: Beata Maria Virgo, Mater Ecclesiae, Patrona apud Deum Provvincæ Ecclesiasticæ Iudiciforensis confirmatur.

25 ianuarii, Prot. N. 268/16, CONGREGATIONIS CLERICORUM MARIANORUM sub titulo IMMACULATÆ CONCEPTIONIS BEATÆ MARLÆ VIRGINIS: textum lingua *italica* exaratum pro Liturgia Horarum in honorem sancti Stanislai Papczyński, presbyteri et fundatoris, perlibenter probamus.

25 ianuarii, Prot. N. 171/22, ORDINARIATUS MILITARIS HISPANIÆ: Sanctus Philippus, apostolus, Patronus apud Deum sodalium cœtus v.d. *Servicio de Seguridad de la Casa de Su Majestad el Rey* confirmatur.

25 ianuarii, Prot. N. 455/22, TAURINENSIS: concedimus ut celebratio sanctæ Mariæ Franciscæ a Iesu Rubatto, virginis, in Calendarium proprium eiusdem diœcesis inseri valeat, die 23 mensis ianuarii gradu *memoriae ad libitum* quotannis peragenda. Insuper, textum *latinum* et *italicum* orationis collectæ atque *italicum* Liturgiæ Horarum in honorem eiusdem sanctæ perlibenter probamus seu confirmamus.

25 ianuarii, Prot. N. 18/23, HYDRUNTINÆ: Calendarium proprium eiusdem Archidiœcesis perlibenter probamus.

27 ianuarii, Prot. N. 309/22, SLOVACHIÆ: textum translationis in linguam *slovacham Bibliorum Sacrorum Veteris Testamenti* pro usu liturgico perlibenter confirmamus.

30 ianuarii, Prot. N. 571/20, INSTITUTI SORORUM v.d. «SUORE DEL BAMBINO GESÙ – I.J.S.»: Calendarium proprium eiusdem Instituti perlibenter probamus.

30 ianuarii, Prot. N. 318/22, SOCIETATIS PRESBYTERORUM SACRATISSIMI CORDIS IESU DE BETHARRAM: textum *hispanicum* Proprii Missarum et Liturgiæ horarum eiusdem Societatis perlibenter confirmamus.

31 ianuarii, Prot. N. 523/22, INSTITUTI SORORUM v.d. «SUORE DEL BAMBINO GESÙ – I.J.S.»: textum *latinum* et *italicum* Missæ atque *italicum* Liturgiæ Horarum pro celebratione in honorem beati Nicolai Barré, presbyteri et fundatoris, perlibenter probamus seu confirmamus.

2 februarii, Prot. N. 178/21, LEMOVICENSIS: ecclesia parœcialis in civitate Lemovicensi, in honorem sancti Michaelis v.d. *des-Lions* dicata, titulo ac dignitate BASILICÆ MINORIS omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornatur.

7 februarii, Prot. N. 19/23, SIEDLECENSIS: Sanctus Ioannes Paulus II, papa, Patronus apud Deum oppidi v.d. *Międzyrzec Podlaski* confirmatur.

7 februarii, Prot. N. 43/23, SOCIETATIS IESU: concedimus ut *memoria ad libitum* sancti Pauli a Cruce, presbyteri, a die 19 ad diem 20 octobris in Calendario proprio eiusdem Societatis transferri valeat.

9 februarii, Prot. N. 511/20, ORDINARIATUS MILITARIS ARGENTINÆ: Beata Maria Virgo v.d. *del buen viaje* Patrona apud Deum Custodum securitatis aeroportuensis Argentinæ confirmatur.

13 februarii, Prot. N. 393/22, BISUNTINÆ: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Mariæ Magdalene dicata, in civitate Bisuntina, perlibenter *ad biennium* concedimus.

6 martii, Prot. N. 99/22, CIVITATUM FÆDERATARUM AMERICÆ SEPTENTRIONALIS: textum translationis *anglica*, cum legitimis aptationibus recognitis, partis Ritualis Romani cui titulus est *De sacra communione et de cultu mysterii eucharistici extra Missam*, perlibenter probamus et confirmamus.

6 martii, Prot. N. 118/22, MISSIONARIARUM CLARISSARUM A SANCTISSIMO SACRAMENTO: Beata Maria Virgo v.d. *De Guadalupe* Patrona apud Deum Congregationis Missionariarum Clarissarum a Sanctissimo Sacramento confirmatur.

6 martii, Prot. N. 253/22, CONGREGATIONIS SORORUM SANCTÆ ELISABETH: textum *anglicum, bohemicum, danicum, georgianum, germanicum, hispanicum, hungaricum, lituanum, lusitanum, norvegicum, russicum*, v.d. *swabili, sueticum, ucrainum* orationis collectæ in honorem Beatarum Mariæ Paschalis Jahn et sociarum, virginum et martyrum, perlibenter confirmamus.

6 martii, Prot. N. 684/22, SEATTLENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioseph dicata, in civitate v.d. *Tacoma*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

6 martii, Prot. N. 74/23, SEDINENSIS-CAMINENSIS: Beata Maria Virgo de Perpetuo Succursu Patrona apud Deum oppidi et communis v.d. *Trzczińskiego-Zdrój* confirmatur.

6 martii, Prot. N. 88/23, GLASGUENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Brigidæ dicata, in civitate Glasguensi, perlibenter *ad biennium* concedimus.

7 martii, Prot. N. 280/20, CONGREGATIONIS SORORUM CARMELITARUM INFANTIS IESU: textum Ordinis Professionis Religiosæ lingua *polonica* exaratum, cum legitimis aptationibus recognitis, perlibenter probamus.

14 martii, Prot. N. 597/21, ALBÆ REGALENSIS: sanctuarium in oppido v.d. *Bodajke*, Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis Auxiliatricis dicatum, titulo ac dignitate BASILICÆ MINORIS omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornatur.

14 martii, Prot. N. 493/22, MONTERREYENSIS: concedimus ut gratiosum simulacrum beatæ Mariæ Virginis *de Guadalupe*, quod in Basilica Minore Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis *de Guadalupe* dicata pie colitur, nomine et auctoritate Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

15 martii, Prot. N. 368/20, BURUNDIÆ: textum translationis *kirundi* Lectionarii Missalis Romani circa Proprium de Tempore perlibenter confirmamus.

20 martii, Prot. N. 95/23, MEDIOBURGENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis de Lourdes atque sancti Petri Chanel, presbyteri et martyris, dicata, in urbe v.d. *Hull*; in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Andreae, apostoli, dicata, in urbe Medioburgensi, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Vilfridi, episcopi, dicata, in urbe Eboracensi, perlibenter *ad biennium* concedimus.

20 martii, Prot. N. 100/23, HAFNIÆ: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem Sacratissimi Cordis Iesu dicata, in urbe Hafnia, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Norberti, episcopi, dicata, in oppido v.d. *Vejle*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

20 martii, Prot. N. 118/23, NELSONENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem Immaculatæ Conceptionis beatæ Mariæ Virginis dicata, in urbe v.d. *Kelowna*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

20 martii, Prot. N. 122/23, STEUBENVICENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Petri dicata, in urbe Steubenvicensi, perlibenter *ad biennium* concedimus.

20 martii, Prot. N. 123/23, DENVERIENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem Assumptionis beatæ Mariæ Virginis dicata, in urbe Denveriensi; in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioannis XXIII, papæ, dicata, in urbe v.d. *Fort Collins*; in ecclesia parœciali Deo in honorem Sacratissimi Cordis Mariæ dicata, in urbe v.d. *Boulder*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Scholasticæ, virginis, dicata, in urbe v.d. *Erie*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

20 martii, Prot. N. 125/23, GAYLORDENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem Sancti Rosarii dicata, in oppido v.d. *Cedar*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

20 martii, Prot. N. 131/23, CROSSENSIS: concedimus ut celebratio beatorum Francisci Solani Casey, presbyteri, die 30 mensis iulii, et Iacobi Alfredi Miller, martyris, die 13 mensis februarii, in Calendarium proprium eiusdem diœcesis inseri valeant, gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda.

20 martii, Prot. N. 232/23, Decretum de lectionibus adhibendis in Missa “ad postulandam continentia”

23 martii, Prot. N. 688/22, PHILADELPHIENSIS LATINORUM: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis de Consolatione dicata, et in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis de Lourdes dicata, in urbe Philadelphensi, perlibenter *ad biennium* concedimus.

24 martii, Prot. N. 428/22, CONGREGATIONIS SORORUM v.d. *Małe Siostry Niepokalanego Serca Maryi*: textum Proprii Liturgiæ Horarum, lingua *polonica* exaratum, pro sollemnitate Immaculati Cordis Beatæ Mariæ Virginis perlibenter confirmamus.

24 martii, Prot. N. 98/23, CALISSIENSIS: Beatus Michael Kozal, episcopus et martyr, Patronus apud Deum oppidi et communis v.d. *Krotoszyn* confirmatur.

25 martii, Prot. N. 96/18, RELIGIOSARUM A SANCTO IOSEPH DE GERUNDA: textum Ordinis Professionis Religiosæ lingua *gallica* exaratum, cum legitimis aptationibus recognitis, perlibenter probamus.

25 martii, Prot. N. 731/22, ANGLIÆ ET CAMBRIÆ: textum translationis *anglica* Lectionarii Missalis Romani ad usum diœcesium Angliæ et Cambriæ, iuxta Ordinem Lectionum Missæ, editionem typicam alteram, necnon textum *anglicum* Lectionarii Missalis Romani iuxta Calendarium Proprium Angliæ et Cambriæ perlibenter confirmamus.

25 martii, Prot. N. 93/23, SCOTIÆ: textum translationis *anglica* Lectionarii Missalis Romani ad usum diœcesium Scotiæ, iuxta Ordinem Lectionum Missæ, editionem typicam alteram, necnon textum *anglicum* Lectionarii Missalis Romani iuxta Calendarium Proprium Scotiæ perlibenter confirmamus.

29 martii, Prot. N. 687/22, ANGELIANÆ: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Margaritæ Scotiæ dicata, in oppido Angeliano, perlibenter *ad biennium* concedimus.

3 aprilis, Prot. N. 172/23, DUBLINENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Coemgeni dicata apud viam v.d. *Harrington*, in urbe Dublinensi, perlibenter *ad biennium* concedimus.

4 aprilis, Prot. N. 494/19, UBERABENSIS: ecclesia sanctuarium in oppido v.d. *Romaria*, Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis v.d. *da Abadia* dicata, titulo ac dignitate BASILICÆ MINORIS omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornatur.

4 aprilis, Prot. N. 25/23, CONGREGATIONIS CLERICORUM MARIANORUM sub titulo IMMACULATÆ CONCEPTIONIS BEATÆ MARIE VIRGINIS: textum translationis *bielorussica*, *lettonica* et *lituana* Missæ in honorem sancti Stanislai Papczyński, presbyteri et fundatoris, perlibenter confirmamus.

5 aprilis, Prot. N. 229/21, ARGENTINÆ: Beatus Venceslaus Pedernera, martyr, Patronus apud Deum sodalium cœtus v.d. *Animadores bíblicos de Argentina* confirmatur.

12 aprilis, Prot. N. 192/23, ŁOMŻENSIS: Beatus Stephanus Wyszzyński, episcopus, Patronus apud Deum Provinciæ v.d. *Łomża* confirmatur.

18 aprilis, Prot. N. 5/23, CONGREGATIONIS SACRORUM CORDIUM IESU ET MARIE: textum *latinum* et *gallicum* orationis collectæ in honorem futurorum beatorum Ladislai Radigue et sociorum, presbyterorum et martyrum, perlibenter probamus seu confirmamus.

18 aprilis, Prot. N. 53/23, CONGREGATIONIS RELIGIOSORUM SANCTI VINCENTII A PAULO: textum *latinum* et *gallicum* orationis collectæ in honorem futuri beati Henrici Planchat, presbyteri et martyris, perlibenter probamus seu confirmamus.

19 aprilis, Prot. N. 550/22, CATALAUNENSIS: Beata Maria Virgo v.d. *de l'Épine* Patrona apud Deum diœcesis Catalaunensis confirmatur.

25 aprilis, Prot. N. 254/22, URBIS SEU ROMANÆ: Calendarium proprium necnon textum Proprii Missarum, lingua *latina* et *italica* exaratum, perlibenter probamus.

25 aprilis, Prot. N. 13/23, MONTISVIDEI: textum *latinum* et *hispanicum* orationis collectæ atque *hispanicum* lectionis alterius pro Officio Lectionis Liturgiæ Horarum in honorem futuri beati Hyacinthi Vera, episcopi, perlibenter probamus seu confirmamus.

25 aprilis, Prot. N. 31/23, ACHERUNTINÆ: ecclesia in oppido v.d. *Tolve*, Deo in honorem sancti Nicolai dicata, sanctuarium diœcesanum Sancti Rochi, titulo ac dignitate BASILICÆ MINORIS perlibenter exornatur.

25 aprilis, Prot. N. 68/23, CONGREGATIONIS SANCTISSIMI REDEMPTORIS: textum *latinum*, *hispanicum* et *italicum* orationis collectæ atque *hispanicum* et *italicum* lectionis alterius pro Officio Lectionis Liturgiæ Horarum in honorem futuræ beatæ Mariæ a Conceptione Barrecheguren García perlibenter probamus seu confirmamus.

25 aprilis, Prot. N. 185/23, SOCIETATIS DIVINI SALVATORIS: concedimus ut, quandoquidem hoc anno celebratio beati Francisci a Cruce Jordan, presbyteri et fundatoris, die 21 mensis iulii in Calendario proprio eiusdem Societatis gradu festi inscripta, in Dominica XVI per annum accidit, eodem die, pro hac vice et in sede Capituli Generalis tantum, in urbe Cracoviensi, Missa propria celebretur.

25 aprilis, Prot. N. 235/23, INSTITUTI SORORUM v.d. «SUORE FRANCESCANE ELISABETTINE “BIGIE”: textum translationis *anglicæ* et *hispanicæ* Missæ propriæ et Proprii Liturgiæ Horarum in honorem sancti Ludovici de Casaurea, presbyteri et fundatoris, perlibenter probamus seu confirmamus.

26 aprilis, Prot. N. 82/23, CONGREGATIONIS SORORUM FRANCISCALIIUM ANCILLARUM CRUCIS: textum Proprii Missæ et Liturgiæ Horarum pro festo B. Mariæ Virginis, Reginæ Angelorum, necnon textum Proprii Missæ et Liturgiæ Horarum pro sollemnitate sancti Francisci Assisiensis, lingua *polonica* exaratum, perlibenter probamus.

27 aprilis, Prot. N. 225/23, KANSANOPOLITANÆ IN KANSAS: concedimus *ad quinquennium* ut Ordinarius loci celebrationem quattuor Missarum diebus dominicis ac festis de præcepto permittere valeat presbyteris in sua Archidiœcesi commorantibus.

28 aprilis, Prot. N. 362/21, CATALAUNENSIS: Calendarium proprium eiusdem diœcesis perlibenter probamus.

28 aprilis, Prot. N. 156/23, HERBIPOLENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioannis Baptistæ dicata, in oppido v.d. *Mönchberg*, pro die 18 mensis iunii 2023 tantum, perlibenter concedimus.

28 aprilis, Prot. N. 193/23, NOVOLAREDENSIS: concedimus *ad quinquennium* ut Ordinarius loci celebrationem quattuor Missarum diebus dominicis ac festis de præcepto, necnon tres diebus ferialibus, permittere valeat presbyteris in sua diœcesi commorantibus.

28 aprilis, Prot. N. 263/23, SINUS TORTUOSI: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Benedicti dicata, in oppido v.d. *Arcadia*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

8 maii, Prot. N. 397/22, SLOVACHIÆ: textum translationis *slovachæ* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo celebrandi matrimonium* (editio typica altera) perlibenter confirmamus.

8 maii, Prot. N. 12/23, MONTISVIDEI: concedimus ut celebratio beati Hyacinthi Vera, episcopi, in Calendarium proprium eiusdem Archidiœcesis inseri valeat, die 6 mensis maii, gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda.

8 maii, Prot. N. 127/23, CONGREGATIONIS SORORUM SANCTÆ ELISABETH: textum *anglicum, bohemicum, germanicum, hispanicum, hungaricum, lituanum, lusitanum, norvegicum, russicum, swabili* et *ucrainum* lectionis alterius pro Officio Lectionis Liturgiæ Horarum cum Responsorio in honorem beatarum Mariæ Paschalis Jahn et sociarum, virginum et martyrum, perlibenter confirmamus.

10 maii, Prot. N. 214/21, CORDUBENSIS: Calendarium proprium eiusdem diœcesis perlibenter probamus.

10 maii, Prot. N. 234/21, HISPANIÆ: textum translationis *hispanicæ* Collectionis missarum et Lectionarii de beata Maria Virgine perlibenter confirmamus.

10 maii, Prot. N. 274/23, GRANATENSIS: concedimus ut celebratio beatæ Mariæ a Conceptione Barrecheguren García in Calendarium proprium eiusdem Archidiœcesis inseri valeat, die 13 mensis maii gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda. Insuper, textum *latinum* et *hispanicum* orationis collectæ atque textum *hispanicum* Lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem eiusdem Beatæ perlibenter probamus seu confirmamus.

15 maii, Prot. N. 276/23, REGINATENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis dicata, in urbe Reginatensi, perlibenter *ad biennium* concedimus.

16 maii, Prot. N. 277/23, HALIFAXIENSIS-YARMUTHENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Patricii dicata, in urbe Halifaxiensi, perlibenter *ad biennium* concedimus.

22 maii, Prot. N. 43/22, AVENIONENSIS: concedimus ut celebratio beati Mariæ Eugenio a Iesu Infante, presbyteri, in Calendarium proprium eiusdem Archidiœcesis inseri valeat, die 4 mensis februarii gradu *memoriæ ad libitum*, et gradu *memoriæ* in ecclesia tantum in qua exuviæ eius asservantur, quotannis peragenda. Insuper, textum *latinum* et *gallicum* orationis collectæ atque textum *gallicum* Lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem eiusdem Beati perlibenter probamus seu confirmamus.

22 maii, Prot. N. 323/23, PARIENSIS: concedimus ut *festum* sancti Dionysii, episcopi et martyris, iam inscriptum in Calendario eiusdem Archidiœcesis die 9 mensis octobris, ad gradum *sollemnitatis* augeatur.

24 maii, Prot. N. 4/23, CONGREGATIONIS SACRORUM CORDIUM IESU ET MARLÆ: concedimus ut celebratio beatorum Ladislai Radigue et sociorum, presbyterorum et martyrum, in Calendarium proprium eiusdem Congregationis inseri valeat, die 26 mensis maii gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda; idcirco etiam concedimus, ut celebratio sancti Philippi Neri, presbyteri, iam inscripta in Calendario Romano Generali die 26 mensis maii gradu *memoriæ*, in posterum, eodem die, gradu *memoriæ ad libitum* ab eadem Congregatione peragatur. Insuper, textum *gallicum* Lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem eorundem Beatorum perlibenter probamus seu confirmamus.

24 maii, Prot. N. 52/23, CONGREGATIONIS RELIGIOSORUM S. VINCENTII A PAULO: concedimus ut celebratio beati Henrici Planchat, presbyteri et martyris, in Calendarium proprium eiusdem Congregationis inseri valeat, die 26 mensis maii gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda; idcirco etiam concedimus, ut celebratio sancti Philippi Neri, presbyteri, iam inscripta in Calendario Romano Generali die 26 mensis maii gradu *memoriæ*, in posterum, eodem die, gradu *memoriæ ad libitum* ab eadem Congregatione peragatur. Insuper textum *gallicum* Lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem eiusdem Beati perlibenter probamus seu confirmamus.

24 maii, Prot. N. 317/23, SANCTI SEBASTIANI: textum Proprii Missarum lingua *hispanica* et *vasconica* exaratum perlibenter confirmamus.

24 maii, Prot. N. 332/23, CAMPITEMPLENSIS: Calendarium proprium eiusdem diœcesis perlibenter probamus.

25 maii, Prot. N. 336/23, ORDINIS FRATRUM BEATÆ MARLÆ VIRGINIS DE MONTE CARMELO: concedimus ut, in Calendario proprio eiusdem Ordinis, *memoria ad libitum* sancti Titi Brandsma, presbyteri et martyris, die 27 mensis iulii, posthac ad gradum *memoriæ* augeatur.

25 maii, Prot. N. 338/23, ORDINIS FRATRUM BEATÆ MARLÆ VIRGINIS DE MONTE CARMELO: Sanctus Titus Brandsma, presbyter et martyr, Patronus apud Deum sodalium Provinciæ Philippinarum Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo confirmatur.

25 maii, Prot. N. 339/23, ORDINIS FRATRUM BEATÆ MARLÆ VIRGINIS DE MONTE CARMELO: Sanctus Titus Brandsma, presbyter et martyr, Patronus apud Deum sodalium Delegationis Generalis in Columbia Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo confirmatur.

25 maii, Prot. N. 340/23, ORDINIS FRATRUM BEATÆ MARIE VIRGINIS DE MONTE CARMELO: Sanctus Titus Brandsma, presbyter et martyr, Patronus apud Deum sodalium sodalium Provinciæ Germaniæ Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo confirmatur.

26 maii, Prot. N. 425/17, CIVITATUM FÆDERATARUM AMERICÆ SEPTENTRIONALIS: textum proprii Missæ in honorem sanctæ Catharinæ Tekakwitha, virginis, lingua *anglica* et *hispanica* exaratum, perlibenter confirmamus.

29 maii, Prot. N. 333/23, CIVITATUM FÆDERATARUM AMERICÆ SEPTENTRIONALIS: textum translationis *anglicæ* variationum et additionum in Libris liturgicis de *memoria ad libitum* sancti Pauli VI, papæ, et de *memoria ad libitum* Beatæ Mariæ Virginis de Loreto, perlibenter confirmamus.

30 maii, Prot. N. 279/23, DAVENPORTENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Patricii dicata, in oppido v.d. *Iowa City*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem Sanctæ Familiæ dicata, in urbe Davenportensi, perlibenter *ad biennium* concedimus.

31 maii, Prot. N. 257/23, INSTITUTI SORORUM v.d. «FIGLIE DI SANTA MARIA DI LEUCA»: textum *latinum* et *italicum* Missæ atque *italicum* proprii pro Liturgia Horarum in honorem futuræ beatæ Elisabeth Martinez, virginis et fundatricis, perlibenter probamus seu confirmamus.

31 maii, Prot. N. 266/23, CONGREGATIONIS MISSIONARIORUM A SANCTO CAROLO: Calendarium proprium eiusdem Congregationis perlibenter probamus.

4 iunii, Prot. N. 392/23, ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM MINORUM: textum Ordinis Professionis Religiosæ cum legitimis aptationibus recognitis lingua *italica* exaratum perlibenter probamus.

5 iunii, Prot. N. 6/22, TRIDENTINÆ: textum proprii Missarum, lingua *italica* exaratum, perlibenter confirmamus.

12 iunii, Prot. N. 8/23, PREMISLIENSIS LATINORUM: textum lingua *latina*, *italica* et *polonica* exaratum orationis collectæ, necnon textum *polonicum* lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem futurorum beatorum Iosephi et Victoriæ Ulma, coniugum, filiorumque eorum, martyrum, perlibenter approbamus seu confirmamus.

13 iunii, Prot. N. 124/23, TRENTONENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioannis Baptistæ dicata, in oppido v.d. *Allentown*; in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Catharinæ Labouré dicata, in oppido v.d. *Middletown*; in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Dominici dicata, in oppido v.d. *Brick*; in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctorum Innocentium dicata, in oppido v.d. *Neptune*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Crucis dicata, in oppido v.d. *Rumson*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

13 iunii, Prot. N. 144/23, SAGINAVENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Familiæ dicata, in oppido Saginavensi, perlibenter *ad biennium* concedimus.

15 iunii, Prot. N. 280/21, QUICENSIS: concedimus ut celebratio beatorum Iosephi Mariæ Gran Cicera, presbyteri, et sociorum, martyrum, in Calendarium proprium eiusdem diœcesis inseri valeat, die 4 mensis iunii gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda.

16 iunii, Prot. N. 65/23, PACTENSIS: Calendarium proprium eiusdem diœcesis perlibenter probamus.

16 iunii, Prot. N. 87/23, NICOSIENSIS: Calendarium proprium eiusdem diœcesis perlibenter probamus.

16 iunii, Prot. N. 291/23, CONGREGATIONIS SORORUM v.d. «SIERVAS DE JESÚS – S.D.J.»: Calendarium proprium eiusdem Congregationis perlibenter probamus.

20 iunii, Prot. N. 359/22, CONGREGATIONIS SANCTISSIMI REDEMPTORIS: concedimus ut celebratio beatorum Vincentii Nicasii Renuncio Toribio, presbyteri, et sociorum (Antonii Girón González, Donati Jiménez Bibiano, Crescentii Severo Ortiz Blanco, Angeli Martínez Miquélez, Iosephi Mariæ Urruchi Ortiz, presbyterorum, Nicasii Pérez del Palomar Quincoces, Aniceti Lizasoáin Lizaso, Gregorii Zugasti Fernández de Esquide, Maximi Perea Pinedo, Gabrielis Sáiz Gutiérrez et Paschalis Erviti Insausti, religiosorum), martyrum, in Calendarium proprium eiusdem Congregationis inseri valeat, die 6 mensis novembris gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda.

20 iunii, Prot. N. 751/22, CIVITATIS IEFFERSONIENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioseph dicata, in oppido v.d. *Westphalia*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

20 iunii, Prot. N. 67/23, CONGREGATIONIS SANCTISSIMI REDEMPTORIS: concedimus ut celebratio beatæ Mariæ a Conceptione Barrecheguren García in Calendarium proprium eiusdem Congregationis inseri valeat, die 13 mensis maii gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda.

20 iunii, Prot. N. 290/23, CONGREGATIONIS SORORUM v.d. «SIERVAS DE JESÚS – S.D.J.»: textum *latinum* et *hispanicum* Missæ atque textum *hispanicum* lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum pro celebratione, iam inscripta in Calendario eiusdem Congregationis die 9 mensis maii gradu *festi*, in honorem beatæ Mariæ a Monte Carmelo Rendiles Martínez, virginis et fundatricis, perlibenter probamus seu confirmamus.

21 iunii, Prot. N. 268/20, SOCIETATIS IESU: Calendarium proprium et Proprium Missarum Provinciæ Croatiae, utrumque lingua *croata* exaratum, perlibenter probamus seu confirmamus.

27 iunii, Prot. N. 496/21, PELPLINENSIS: Beata Maria Virgo de Perpetuo Succursu Patrona principalis, et sanctus Laurentius, diaconus et martyr, Patronus secundarius, diœcesis Pelplinensis confirmatur.

27 iunii, Prot. N. 287/23, BOSTONIENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Virginis Mariæ de Lourdes dicata, in oppido v.d. *Newton*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Adelaidis dicata, in oppido v.d. *Peabody*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

27 iunii, Prot. N. 349/23, COSLINENSIS-COLUBREGANÆ: concedimus ut celebratio Beatarum Mariæ Sapientiæ Heymann et sociarum, virginum et martyrum, in Calendarium proprium eiusdem diœcesis inseri valeat, die 11 mensis maii gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda.

27 iunii, Prot. N. 405/23, SALMANTINÆ: Beata Maria Virgo Regina Patrona apud Deum oppidi v.d. *Peñaranda de Bracamonte* confirmatur.

28 iunii, Prot. N. 432/23, NIVARIENSIS: Sanctus Isidorus, agricola, Patronus apud Deum oppidi v.d. *Villa de La Orotava* confirmatur.

29 iunii, Prot. N. 271/22, GUATIMALÆ: Calendarium proprium Guatimalæ perlibenter probamus.

29 iunii, Prot. N. 478/22, GUATIMALÆ: Beata Maria Virgo de Rosario Patrona apud Deum Guatimalæ confirmatur.

29 iunii, Prot. N. 750/22, GUATIMALÆ: Sanctus Petrus a Sancto Ioseph de Betancur Patronus apud Deum catechistarum et infirmorum Guatimalæ confirmatur.

29 iunii, Prot. N. 102/23, INSTITUTI SORORUM v.d. «FIGLIE DI SANTA MARIA DI LEUCA»: Calendarium proprium eiusdem Instituti perlibenter probamus.

29 iunii, Prot. N. 135/23, IACIENSIS: Calendarium proprium eiusdem diœcesis perlibenter probamus.

30 iunii, Prot. N. 425/23, TOLUCENSIS: concedimus *ad quinquennium* ut Ordinarius loci celebrationem quattuor Missarum diebus dominicis ac festis de præcepto, necnon tres diebus ferialibus, permittere valeat presbyteris in sua diœcesi commorantibus.

3 iulii, Prot. N. 455/21, CALATANISIADENSIS: Calendarium proprium eiusdem diœcesis perlibenter probamus.

3 iulii, Prot. N. 89/23, SOCIETATIS IESU: Calendarium proprium Provinciæ Lusitanæ eiusdem Societatis perlibenter probamus.

5 iulii, Prot. N. 249/23, ELBINGENSIS: Beata Maria Virgo Patrona apud Deum oppidi v.d. *Malbork* confirmatur.

6 iulii, Prot. N. 163/23, MILVAUKIENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo dicata, in oppido v.d. *Kenosha*; in ecclesia parœciali Deo in honorem Visitationis beatæ Mariæ Virginis dicata, in oppido v.d. *Elm Grove*; in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis dicata, in oppido v.d. *Lomira*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem Ss. Cyrilli, monachi, et Methodii, episcopi, dicata, in oppido v.d. *Sheboygan*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

6 iulii, Prot. N. 164/23, DESMOINENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Augustini dicata, in urbe Desmoinensi, perlibenter *ad biennium* concedimus.

6 iulii, Prot. N. 165/23, HARRISBURGENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioseph dicata, in oppido v.d. *Lancaster*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

6 iulii, Prot. N. 307/23, CONGREGATIONIS CLERICORUM MARIANORUM AB IMMACULATA CONCEPTIONE BEATISSIMÆ VIRGINIS MARLÆ: textum *italicum* et *polonicum* lectionis alterius pro Officio Lectionis Liturgiæ Horarum in honorem Beatorum Antonii Leszczewicz et Georgii Kaszyra, presbyterorum, et sociorum, martyrum, perlibenter approbamus seu confirmamus.

7 iulii, Prot. N. 80/22, PAMPILONENSIS ET TUDELENSIS: Calendarium proprium ecclesiæ Cathedralis Sanctæ Mariæ Pampilonensis perlibenter probamus.

7 iulii, Prot. N. 274/22, ORDINIS SANCTI BENEDICTI: concedimus ut celebrationes, quotannis peragenda, in honorem sancti Eulogii Cordubensis, presbyteri et martyris, die 9 mensis ianuarii gradu *memoriæ ad libitum*; Domini Nostri Iesu Christi Summi et æterni Sacerdotis, feria V post Pentecosten gradu *festi*; beati Faustini Villanueva Villanueva, presbyteri et martyris, die 10 mensis iulii gradu *memoriæ ad libitum*; beati Columbæ Marmion, abbatis, die 28 mensis septembris gradu *memoriæ ad libitum* et sancti Antonii

Mariæ Claret, episcopi, die 25 mensis octobris gradu *memoriæ ad libitum*, in Calendarium proprium abbatiae Sanctissimi Salvatoris Legerensis inseri valeant.

10 iulii, Prot. N. 169/23, HONOLULUENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem Sacratissimi Cordis Iesu dicata, in oppido v.d. *Pahoa*; in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Virginis Mariæ de Victoria dicata, in oppido v.d. *Labaina*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem beatissimi Sacramenti dicata, in urbe Honoluluensi, perlibenter *ad biennium* concedimus.

10 iulii, Prot. N. 174/23, CAMDENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Ioannæ Beretta Molla dicata, in oppido v.d. *Northfield*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

10 iulii, Prot. N. 175/23, VENETIARUM IN FLORIDA: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Vilelmi dicata, et in ecclesia parœciali quæ sub titulo *Ave Maria* vocatur, in oppido v.d. *Naples*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

11 iulii, Prot. N. 432/21, LETTONIÆ: Calendarium proprium Lettoniæ perlibenter probamus.

11 iulii, Prot. N. 433/21, REZEKNENSIS-AGLONENSIS: Calendarium proprium eiusdem diœcesis perlibenter probamus.

11 iulii, Prot. N. 434/21, IELGAVENSIS: Calendarium proprium eiusdem diœcesis perlibenter probamus.

11 iulii, Prot. N. 435/21, LIEPAIENSIS: Calendarium proprium eiusdem diœcesis perlibenter probamus.

11 iulii, Prot. N. 436/21, RIGENSIS: Calendarium proprium eiusdem Archidiœcesis perlibenter probamus.

11 iulii, Prot. N. 573/21, CATANENSIS: Calendarium proprium eiusdem Archidiœcesis perlibenter probamus.

11 iulii, Prot. N. 239/23, FRIBURGENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioseph dicata, in urbe Friburgensi, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Georgii dicata, in oppido v.d. *Walldûrn*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

11 iulii, Prot. N. 286/23, OPOLIENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Michaelis archangeli dicata, in urbe Opoliensi, perlibenter *ad biennium* concedimus.

13 iulii, Prot. N. 262/23, BERNARDINOPOLITANÆ: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem Sacratissimi Cordis Iesu dicata, in oppido v.d. *Palm Desert*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Secundi Astensis dicata, in urbe v.d. *Ontario*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

17 iulii, Prot. N. 600/21, CONGREGATIONIS SORORUM EXPIATRICUM SACRATISSIMI VULTUS: textum *polonicum* Officii votivi de Sacratissimo Vultu perlibenter probamus.

17 iulii, Prot. N. 213/23, SANCTI MICHAELIS IN ARGENTINA: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem

Conceptionis Immaculatæ beatæ Mariæ Virginis dicata, in oppido v.d. *Bella Vista*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

18 iulii, Prot. N. 27/22, ORDINIS PRÆDICATORUM: Calendarium proprium provinciæ Hispaniæ eiusdem Ordinis perlibenter probamus.

18 iulii, Prot. N. 662/22, PALAYAMKOTTAIENSIS: ecclesia sanctuarium in oppido v.d. *Kamanayakkanpatty*, Deo in honorem Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis dicata, titulo ac dignitate BASILICÆ MINORIS exornatur.

18 iulii, Prot. N. 752/22, GUATIMALÆ: textum Proprii Missarum et Liturgiæ Horarum lingua *hispanica* exaratum perlibenter confirmamus.

18 iulii, Prot. N. 209/23, VITEBSCENSIS: concedimus ut *memoria ad libitum* beati Michaelis Sopoćko, presbyteri, die 15 mensis februarii; beatorum Antonii Leszczewicz, Georgii Kaszyra, Miecislai Bohatkiewicz, Ladislai Maćkowiak et Stanislai Pyrtek, presbyterorum, et sociorum, martyrum, die 12 mensis iunii; beatæ Celinæ Borzęcka, religiosæ, die 26 mensis octobris, in Calendarium proprium eiusdem diocesis inseri valeant. Præterea concedimus ut *memoria ad libitum* B. Mariæ Virginis, Matris Misericordiæ ad Portam Acialem, die 28 mensis novembris, gradu *memoria* posthac celebretur.

18 iulii, Prot. N. 237/23, OVENSBURGENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem Conceptionis Immaculatæ beatæ Mariæ Virginis dicata, in oppido v.d. *Earlington*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

18 iulii, Prot. N. 313/23, BRISBANENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem Conceptionis Immaculatæ beatæ Mariæ Virginis dicata, in oppido v.d. *Annerley*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Columbæ dicata, in oppido v.d. *Wilston*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

